Arnolde Scharar Jourssmiſ. Pax christi.

Vr. 208) Quod ad Houkemium nostrum propius te adiunxeris factum bene tibi gratulor, Arnolde scharar, et consilium tuum laudo. Nouimq illiq iuuenis non solum ingenium, et studium, sed etiam modestiam, et integritatem. Nihil erit tibi isthic Henrici conuictu suauiq, nihil etiam tuis studijs magis accommodatum. Crede mihi quotidiana eiq consuetudo non minq te angebit probitate, & scientia, quam ambitiosæ quorundam lectiones. Proinde non tam hoc tuum est consilium, q̄ peculiaris cuiusdam dei beneuolentiæ argumentum. Cuius, neq tibi illud alterum ostitanter; aut sine sensu prætereundum est, quod te nuper ab illis maledicentiæ magistris asseruit, & in eam scholam compulit, cui egmdem te meq animq ab initio, et consilium destinarat. Interea. Si quid molestum fuit ab illo grege furiosorum, id Iudoco huic debes, cui, quam mihi parentes credere maluerunt. Sed hæc valeant, si quidem quod imprudentia nostra peccatum fuerat, dei misericordia correxit. Superest, vt, quam nunc viam melioribq auspicijs ingressq es, eam magno animo urgeas, & istum tuum Henricum contubernalem, alteq æmulum eiusdem laudis assequi, aut etiam antecurrere contendas. Hodie reddita est mihi epistola conradi Oumundi, is queritur sibi nunquam satis rem esse, mallet isthuc transuolare, sed retardat cum eiq miserum, et graue, sicut est apud comicum, vos quibq parentes propitij perpetuos sumptus suppeditant non solum necessarios, sed etiam liberales, agnoscere nonnemo hoc magnum & memorabile beneficium, summaq contentione hoc agere, ne quid ipsi perisse videatur ni pecunia collocanda. Sed nihil opq est hoc monere compitalitio auditorib q magni nominis doctores, eruditionis, virtutisq laude præstantes in inclyta Witeberga. Dederam litteras et ad Wittenburgium exhortandi causa: sed ille suis quibusdam studijs impeditq respondendi officium neglexit. Res hic nobis non asperæ sunt, vt olim, neq turbulentæ, precatam exoptata felicitate deo patri nostro per iesum christum. merito magnas gratias ago, vosq adhortor, vt meam imbecillitatem, quæ se totam patriæ vestræ impendit, vestris precatiunculis adiuuetis. Vale iuuenis inprimis tranquillo ingenio, et candido 12. calend. Augusti. Bremæ, Johannes Molanq tui studiosq. 1571.

[= Nacrol. a. 12: Nr. 182]